



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Quandonam Christus instituit Sacro sanctum Missæ Sacrificium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

C A P U T III.

De Institutione & partibus essentialibus
Sacro-sancti Missæ Sacrificii.

Quæst. I. **Q**UANDO NAM Christus instituit Sacro-sanctum Missæ Sacrificium?

Resp. Declarat Tridentina Synodus, Christum Dominum instituisse Missæ Sacrificium

In Cœna novissima, qua nocte tradebatur.

Quod Concilium Senonense explicat, & probat autoritate Scripturæ sacræ, dum ait:

Porro etsi Christus assiduus pro nobis Pontifex, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inventa: negari tamen non potest Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ac proinde, ejus exemplo, Sacrificium aliquod obtulisse, quod exteriori Panis & vini forma, veteri illi Melchisedech oblationi responderet: erat enim Sacerdos Dei Altissimi; quod utique fecit in suprema illa Cœna: nam accepto Pane, gratias egit, & fregit, deditque discipulis suis, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur; & ab Evangelicis Sacerdotibus jugi semper observantia præcepit iterari. Hoc facite, inquit, in meam commemorationem: Hoc enim Holocaustum, hac victima pro peccato, hac Hostia pacifica, hoc jure Sacrificium, hac munda oblatio, quam in omni loco Malachias prædixit offerendam, cum repudiatis Legis antiquæ caeremoniis, ab ortu solis usque ad occasum, magnum esset nomen Domini in Gentibus.

Conc. Trid. sess. 22. De Sacrif. Missæ. cap. 1.

Conc. Senonense anno 1114. Decretum 2. de Sacrificiis Missæ.

Conc. Trid. sess. 22. De Sacrif. Missæ. cap. 1.

Conc. Senonense anno 1114. Decretum 2. de Sacrificiis Missæ.

Conc. Trid. sess. 22. De Sacrif. Missæ. cap. 1.

Conc. Senonense anno 1114. Decretum 2. de Sacrificiis Missæ.

Conc. Trid. sess. 22. De Sacrif. Missæ. cap. 1.

Conc. Senonense anno 1114. Decretum 2. de Sacrificiis Missæ.

Conc. Trid. sess. 22. De Sacrif. Missæ. cap. 1.

Conc. Senonense anno 1114. Decretum 2. de Sacrificiis Missæ.